Lehmkuhl

THEOLOGIA MORALIS

TOMO I.

BX1758
L5
1887
V.1
c.1

1080079113

gin 125

247

THEOLOGIA MORALIS.

AUCTORE

AUGUSTINO LEHMKUHL S. J.

THEOLOGIA MORALIS.

AUCTORE

AUGUSTINO LEHMKUHL,
SOCIETATIS JESU SACERDOTE.

VOLUMEN I.

CONTINENS

THEOLOGIAM MORALEM GENERALEM

ET EX SPECIALI THEOLOGIA MORALI

TRACTATUS

DE VIRTUTIBUS ET OFFICIIS VITAE CHRISTIANAE.

EDITIO QUARTA AB AUCTORE RECOGNITA.

CUM APPROBATIONE REV. ARCHIEP. FRIBURG. ET SUPER. ORDINIS.

FRIBURGI BRISGOVIAE.
SUMPTIBUS HERDER.
MDCCCLXXXVII.
EJUSDEM LIBRARIAE AEDES SUNT VINDOBONAE, ARGENTORATI, MONACHII ATQUE IN URBE S. LUDOVICI AMERICANA.

37983

BX1758
L5
1887
v.11

Cum opus, cui titulus est **„Theologia moralis“**, a P. *Augustino Lehmkuhl*, nostrae Societatis sacerdote, compositum aliqui ejusdem Societatis revisores, quibus id commissum fuit, recognoverint et in lucem edi posse probaverint: facultatem concedimus, ut quarto typis mandetur, si ita iis, ad quos pertinet, videbitur.

In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas et sigillo muneris nostri munitas dedimus.

Exaeten prope Roermond 6. Aprilis 1887.

J. B. Lohmann,
Praep. Prov. Germ. S. J.

UANL
FONDO
A.U. PUBLICA DEL ESTADO

Salvo jure proprietatis et translationis.

Entered according to act of Congress, in the year 1883, by *Joseph Gummersbach* of the firm of **B. Herder,** St. Louis, Mo., in the Office of the Librarian of Congress, at Washington D. C.

Typis Herderianis Friburgi Brisgoviae.

ADMODUM REVERENDO

IN CHRISTO SUMME VENERANDO DILECTISSIMO PATRI,

PATRI ANTONIO MARIAE ANDERLEDY,

PRAEPOSITO GENERALI

SOCIETATIS JESU,

IN ILLIUS TEMPORIS MEMORIAM, QUO IDEM
IN COLLEGIO B. V. MARIAE AD LACUM THEOLOGIAM MORALEM PRAECLARE DOCUIT,

ET IN SIGNUM GRATI ANIMI AC FILIALIS OBSEQUII

HOC QUALECUNQUE OPUS
DEVOTUS OFFERT ATQUE DEDICAT

AUCTOR.

Praefatio ad editionem quartam.

Propter primam editionem exspectatione mea longe citius exhaustam in altera editione paranda me restringere debueram ad paucas quasdam additiones, quae ex magna parte singularium quidem regionum consuetudines et jura respiciunt, tamen fere ubique suam habent utilitatem atque communes leges actionumque normas illustrant.

Post alteram vero atque etiam tertiam editionem, quae paucioribus etiam additionibus et correctionibus mutata est, denuo exhaustam, quum bibliopola quartam editionem parandam et alia quatuor millia exemplarium distrahenda cogitaret, religioni mihi duxi, nisi totum opus denuo lustrarem atque limarem. Primo quidem loco apud me statueram, opus non multum mutare, ne, si exemplaria ab exemplaribus adeo discreparent, in usu diversarum editionum maxime pro scholis confusio fieret; quantum autem, servato hoc consilio, fieri potuit, animum plane in hoc intendi, ut, pauculis mutatis verbis, dictionem redderem magis perspicuam, doctrinam ipsam recentibus decretis, quae in dies eduntur, accurate adaptarem. Id tamen etiam in hac editione omnino servavi, ut, quamquam non ubique pagina paginae respondet, numeros marginales, ad quos index alphabeticus remittit, relinquerem intactos.

Leviores igitur correctiones lector, si hanc editionem cum prioribus voluerit conferre, inveniet permultas, graviores paucissimas; refero has: vol. I nn. 102, 223, 473, 501, 578, 786, 821, 874, 888, 893, 916, 921, 947, 980, 1112, 1119, 1222[a]; vol. II nn. 12, 153, 161, 216, 226, 317, 410 sq., 545, 546, 553 sq., 564, 590, 660, 670, 744, 752, 758, 775, 785 sq., 819 sq., 859, 880 sq., 935, 961, 1011.

Id Deum rogo, ut novi labores, qui insumendi erant, aliquantulum saltem conferant ad Ipsius gloriam augendam et aliis auxilio sint in dirigendis Christianorum moribus atque aeterna hominum salute promovenda.

Scribebam Exaeten prope Roermond in Hollandia, in festo B. Petri Canisii die 27. Aprilis 1887.